



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quid nomine concupiscentiæ intelligitur, quæ fomes est peccati. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

concupiscentia vel concupisibilitas: quæ dicitur lex membrorum, siue languor naturæ, siue tyran-

*Serm. 12. de* nusqui est in membris nostris, siue lex carnis. *Vn-*  
*verbis Apoc* de Aug. in li. de baptismo parvularum. Est in nobis  
*stoli.*

*Aug. ser. 12.* & eius desideria, quæ sunt actuales concupiscentie,  
*de verbis a-* quæ sunt arma diaboli, quæ veniunt ex languore  
*post. expones* naturæ. Languor autem iste, tyrannus est, qui mo-  
*versum: Gref* uet mala desideria. Si ergo vis esse viator tyranni  
*susmeos* atque inermem inimicum inuenire, non obedias  
*psal. 1. 8.* concupiscentiæ male. His verbis satis ostenditur,  
 somitem peccati esse concupiscentiam.

*Quod nomine concupiscentiae intelligitur fomes peccati,*  
*& quæ dicitur fomes.*

H

Nomine autem concupiscentiæ non actum cō-  
*Aug. serm.* cupiscendi, sed vitium primum significauit, cū ea  
*45. de tēbo-* dixit legem carnis. Vnde idē in tractatu de verbis  
*re, quæ est 2.* Apostoli ait, Sēper pugna est in corpore mortis hu-  
*Domini. 3.* ius: qā ipsa concupiscentia cum qua nati sum⁹, fi-  
*post Epiphā-* niri non potest quandiu viuimus, quotidie minui-  
*niamto. 10.* potest, finiri nō potest. Quæ autē est concupiscen-  
 tia, cum qua nati sumus? Vitium vtiq; est, q; paruu-  
 lum habilem concupiscere facit, adulterum etiā cō-  
 cupiscentē reddit. Sicut enim in oculo cæci, in no-  
 cete vitium cæcitatis est: sed non appetet, nec dis-  
 cernit inter videntē & cæcum, nisi luce venien-  
 te: sic in puerō vitium esse non appetet, donec ex-  
 tatis pueroris temp⁹ occurrat. Ex his datur in-  
 telligi, qd sit originale peccatum, scilicet, vitium

*Aug. libr. de* cōcupiscentiæ: q; in omnes cōcupiscentialiter na-  
*peccatorum* tos per Adam intravit eosque virtauit. Vnde Aug.  
*meritis &* in libr. de baptismo parvularum, Adam præter i-  
*remissione* mitationis exemplum, occulta etiam tabe cōcu-  
*1.ca. 9. in* piscentiæ suz tabificauit in se omnes de sua stirpe  
*fine. tom. 7.* vēturos. Vnde Apostol⁹ recte ait In q; omnes pec-  
*Ibidē ca. 10.* eauerunt. Circumspecte & sine ambiguitate dicit  
*continuo in* hoc  
*principio.*

hoc Apostolus. Siue intelligatur, in quo homine, siue in quo peccato, sanum est. In Adam n. omnes peccauerunt, ut in materia, non solum eius exemplo, ut dicunt Pelagiani. Omnes n. ille unus homo fuerat, id est, in eo materialiter erant. Manifestum est itaque, omnes in Adam peccasse, quasi in massa. Ipse n. per peccatum corruptus, quos genuit, omnes illi sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti constituti sunt peccatores, ita & in illo uno peccato, quod intravit in mundum, recte omnes dicuntur peccasse. quia sicut ab illo uno homine, sic ab eodem uno peccato immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc unum in quo omnes peccauerunt, i. ex quo omnes peccatores constituti sunt.

*Quid sit peccatum in quo omnes peccauerunt, scilicet, originale, quod ex inobedientia processit.*

Hoc est originale peccatum, quo peccatores nascentur omnes concupiscentialiter geniti: q. ex Adam, siue ex eius inobedientia emanauit, & in posteros demigravit. vnde Apostolus consequenter, per inobedientiam unius hominis, multos dicit constitutos esse peccatores: quæ est actuale peccatum. Cum autem dixerit per unum hominem peccatum intrasse in mundum, & in eo omnes peccasse, de originali dictum esse oportet accipi.

*Ex quo sensu dictum est, Per inobedientiam unius, multi sunt constituti peccatores.*

Quod ergo ait, Per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictum esse intelligendum est, quia ex inobedientia Adæ, scilicet, ex peccato actuali Adæ, processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascentur: ut & in illo esset, & in omnes transiret.